



**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Meditationes, De Vita Et Passione D. N. Iesv Christi

Bruno, Vincenzo

Coloniae Agr., 1599

VD16 ZV 2606

VII. De transfiguratione Domini in monte.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59846](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59846)

& postea super illam fundavit suam Ecclesiam. Unde discere debent, qui à Deo electi sunt ad aliquod officium, quantumvis sublime & arduum, non mox trepidare, aut omnium despondere: nam qui eos elegit, non desinit quoque viribus vel præsidijs necessarijs munus suum exequendum; qui vero electi sunt, sed ultro se ingesserunt, magnam trepidandi causam habent.



DE TRANSFIGURATIONE DOMINI IN MONTE.

MEDITATIO VII.

EVANGELIUM.

*Matt. 17.
Mar. 9.
Luc. 9.*

ASSUMPSIT IESUS Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius, & ascendit in montem ut oraret, & ducit illos in montem excelsum seorsum solos. Et facta est, dum oraret, species vultus eius altera, & transfiguratus est ante eos. Et respiciens

duit facies eius sicut Sol & vestimen-
 ta eius facta sunt splendida & candi-
 da velut nix. Et ecce apparuerunt
 illis Moyses & Elias in maiestate lo-
 quentes cum IESU, de excessu eius
 quam completurus erat in Hierusa-
 lem. Et respondens Petrus dixit ad
 Iesum. Bonum est nos hic esse, & si
 vis, faciamus hic tria tabernacula,
 tibi vnum, Moysi vnum, & Eliæ v-
 num. non enim sciebat quid dice-
 ret; erant enim timore exterriti.
 Hæc autem illo loquente, ecce nu-
 bes lucida obumbravit eos, & vox
 facta est, de nube dicens. Hic est fi-
 lius meus dilectus, in quo mihi
 complacui ipsum audite. Quod au-
 dientes discipuli, ceciderunt in fa-
 ciem suam, & timuerunt valde. Et
 accessit IESVS, & tetigit eos, dixit
 que eis, Surgite, & nolite timere. Le-
 uantes autem oculos suos, neminem
 amplius viderunt nisi solum Iesum.
 Et descendit illis de monte, præ-
 cepit illis Iesus, ne cuiquam quod
 vidissent narrarent, nisi cum filius
 hominis à mortuis resurrexit.

Exod. 34. **M**oyses, cum in monte cum Deo
loqueretur, facta est facies eius
splendida.

PROPHETIAE.

Psal. 88. 1. **T**HABOR & Hermon in nomine tuo
exultabunt.

2. Confessionem & decorem induisti, cum
Psal. 103. Deus lumine sicut vestimento.

3. Dominus dixit ad me, Filius meus es tu.

Psal. 2. 4. Prophetam de gente tua, & de fratribus
Deut. 18. tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus,
ipsum audies.

CONSIDERATIONES.

Punct. 1. **C**ONSIDERA, sicut Imperator
vel dux belli, difficilem cum hostibus
conflictum initurus, consuevit militibus
ob oculos ponere multas opes terrarum
vel prouinciarum quam expugnare
cogitat, ad eos incitandos, ut alacrius
spe opimae praedae fortius pugnent, &
alacrius laboribus & periculis belli
exponant: sic sapientissimus IESVS
Imperator caeli & terrae, qui paulo ante
te egerat apud discipulos de passione
eosque hortatus erat, ut si se sequi
uolent, seipsos abnegarent, & totum
seipsum darent.

lerent crucem quisq; suam, ipsum per
 viam mortificationum afflictionumq;
 sectando: quia autem videbat hoc totū,
 non illis solum, sed omnibus fidelibus
 fore arduum & difficile, ytpotè sensui
 & carni contrarium, ne desponderent
 animum, voluit eos ad tam nobile &
 arduū certamen futuri præmij magni-
 tudine & præstantia ob oculos posita
 inflammare & animare, præbens illis
 specimen & præludium aliquod glorie
 illius qua vna secum essent aliquando
 in cælo perfruitori. Voluit igitur be-
 nedictus IESVS dilectis suis discipu-
 lis demonstrare vnam illius summi &
 infiniti boni particulam, vel vnam il-
 lius immensi gloriæ pelagi guttulam,
 quæ per crucem, pœnitentiam & tri-
 bulationes patienter toleratas acquiri-
 tur & paratur in cælo. Hanc spem re-
 præsentarunt exiguæ guttulæ, quibus
 Propheta intellexit iustum instar tene-
 ræ plantulæ exhilarari, quando dixit.
In stillicidijs eius letabitur germinans. Hæc *Psal. 64.*
 cogitatio & spes; tantum robur addi-
 dit Apostolo Paulo in suis tribulatio-
 nibus, vt in hæc verba scripserit. *Propter 2. Cor. 4.*
quod non deficimus, sed licet is qui foris est,
&c. id enim quod in presenti momentaneum
est & leue tribulationis nostræ supra modum

*in sublimitate eternum glorie pondus oportet in nobis. Hac spe denique se sustinent sponfa reputans dulces & amabiles omnes labores, à spōso suo impolitum dicens, *Læna eius sub capite meo, & de dextera eius amplexabitur me.* Et si sponsus m. sinistra mihi immittat afflictiones, praeter tamen, qua significatur quietis æternum præmium, me apprehendat & consolabitur.*

Cant. 1.

2. DEINDE considera necessarium fuisse ut Dominus tã gloriosum se monstraret, ad conseruandum in discipulis suis omnibusque nobis fidem uam, quod ipse esset simul Deus & homo; sine hac enim cognitione uita eterna obtineri nequit, cum ipse dixerit

Ioan. 17.

Hæc est uita eterna, ut cognoscant te Deum uinum, & quem misisti IESVM CHRISTVM nam parus periculi erat, credere uel Christum tantum fuisse Deum, non hominẽ; uel fuisse tantum hominem, non aut Deum. Et quoniam discipuli illum uisuri erant in similitudine

Luc. 22.

hominis passibilis; factum in agonia perire, & edere & mestum esse; Præterea flagellatum, spinis coronatum, atq; inflatum tronis cruci affixum, ut occasione huius formæ causâ nostra susceptæ, ne languerent in fide diuinitatis: et

mōstrare illis voluit se simul esse Deū,
 & gloriæ Dominum, quodq; ex amore
 summo quo nos prosequeretur hanc
 gloriosam figurā assumpsisset. Vbi po-
 tes anima mea cōsiderare, quā verè hic
 Dominus certo quodam modo plus te
 amarit quam se: nam gloria illa in trās-
 figuracione sua demonstrata, quæ pro-
 pter vnionē animæ sanctissimæ corpo-
 ri naturaliter debebatur, toto tempore
 quo in hoc mundo nobiscū vixit desti-
 tuti voluit, suspendendo nimirū illā, vt
 corpus affectionib. & crumnis huius vi-
 tæ obnoxium esse posset, atq; ita pate-
 retur in eo pro te, & pro peccatis tuis
 satisfaceret. Voluit quoque Dominus
 transfigurari, vt Ecclesiæ suæ aliquod
 solatium relinqueret; cū enim apud
 homines haberetur pauper, afflictus &
 contemptus, si nullum diuinitatis suæ
 signum dedisset, potuisset Ecclesia ab
 omnibus ludibrio haberi, quasi Chri-
 stiani spem omnem collocassent in
 Deo crucifixo, sicut dixit Apostolus. *Nos* ^{1. Cor. 1.}
prædicamus CHRISTVM crucifixum. Iu-
deis quidem scandalum, gentilibus autem stul-
tium. Quamobrem Dominus suo &
 Ecclesiæ suæ honori patrocinaturus vo-
 luit in hac transfiguracione, immen-
 sas suæ diuinitatis opes patefacere, ad
 con-

VITA
 pandus op
 se fulten
 & amabe
 impositio
 o, & deu
 onfus m
 ctiones
 tur que
 pprehend
 necessitat
 olum se
 um in
 is fidem
 Deus &
 one vit
 ipse dixit
 cat te De
 MCHR
 rat, crede
 e Deum
 tum hom
 niam diti
 similitud
 agonia p
 erea flag
 q; instar
 asione ha
 eptæ, no
 itatis: de
 mo

confusionem incredulæ & pertinacis
Synagogæ, & stultæ gentilitatis admi-
rationem. Denique transfigurati ve-
luit & propter se, ut corpori suo exiguo
hoc præberet refrigerium, post trigin-
ta annorum labores, & acerbarum pe-
narum cruces toleratas. Verum hæc
Domine quam modica & brevis fuit
hæc consolatio, respectu acerbissimo-
rum & continuorum dolorum, quos
illis triginta tribus annis in corde tu-
sustinuisti, cum continenter ob oculos
defixa haberes omnia totius mundi
peccata, tot animarum interitum, tan-
tam hominum ingratitude: Pro
quibus omnibus nunc illi unam tra-
ctum solatij horam rependis, eamque
potius pro nostra quam tua consola-
tione.

3. CONSIDERA, quomodo re-
lectis alijs omnibus discipulis tres solos
magis intimos & dilectos elegerit, quo-
buscum ascenderet excelsum illum
montem, ut ibi suam gloriam illis de-
monstraret. O benedicte IESU, quare
doquidem decreuisti pro nostra con-
solatione & utilitate hominibus man-
ifestare tuam claritatem; cur minimum
discipulos tuos, qui tecum in omnibus
tentationibus societatem coluerunt,
non

non facis illius participes? imò cur non
 toti populo eam declaras, qui tanto stu-
 dio & amore te hactenus est infecutus,
 ut hoc spectaculo de veritate conuicti,
 te verè Deum cõfiterentur & colerent,
 qui est tui aduentus finis. Et si, ut de-
 monstrares te hominem esse, patibili-
 lem, & mortalem, voluisti pati, & cru-
 cifigi in conspectu totius mundi, qua-
 re nunc, cum tam clarum diuinitatis
 tuæ testimonium es daturus, non id fa-
 cis in præsentia omnium, sed quæris
 loca occulta, & excludis etiam pleros-
 que omnes discipulos? O quantum dif-
 ferimen est inter humana consilia & di-
 uina iudicia. Nos, cum facimus aliquid
 honore & gloria dignum, id volumus
 ab omnibus videri & cognosci; quæ
 verò coniuncta sunt cum aliquo dede-
 core nostro & ignominia, ea curamus,
 si fieri possit, etiam subtus terrâ recon-
 di. Contra humilis IESVS, non per te-
 stimonia, sed per seipsum omnibus
 mundi nationibus publicari & diuul-
 gari voluit ignominiam suæ crucis: at
 gloriam suæ transfigurationis voluit
 remanere occultam, & ore paucorum
 tantum testium manifestari, confor-
 mans se ei quod in lege scriptum est, *In*
ore duorum aut trium testium stet omne ver-
bum Deut. 19.

Matt. 18. *bum.* O anima mea, quando aliter fieri non potest, desiderio saltē ascende post Iesum tuum in felicem hūc montem, si fortē tibi contingat vel vna guttula summi illius boni, summaeq; voluptatis, quam degustarunt sancti discipuli. Mons enim hic, non est ille, de quo superbus angelus dixit, *Sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo.* Ille enim erat mons frigidus & aridus, sine calore caritatis, & virtutum viriditate, quem incolunt amatores mundi, & homines arrogantes, qui insolenter affectant similitudinem Dei. Verum de hoc nostro mōte dixit Propheta, *Mons pinguis, mons coagulatus, in quo beneplacitum est DEO habitare in eo.* In hunc montem non ascendunt nisi humiles & CHRISTI amatores. In hunc ascendit Petrus qui tam ardentē amabat CHRISTVM. Ascendit Ioannes, qui tam tenere diligebat CHRISTVM, & vicissim à CHRISTO diligebatur. Ascendit etiam Iacobus, qui tam promptē vna cum Ioanne obtulit se adbibendum ea icem passionis, pro CHRISTO effudit. In hoc monte vox Patris cælestis auditur, pulcherrime dicitur

Esa. 14.

Psal. 67.

Matt. 20.

dine
fruin
pimu
mi fl
De
qua t
nū in
nima
verti
dubi
esse, &
omn
nore
fumi
4.
min
med
insta
ue ca
vult
sple
niuc
mur
mai
aut
yti
lis, t
loru
rit h
Chri

dine & claritate Unigeniti filij sui perfrui-
 mur, & spiritus Sancti arrham reci- *Psal. 45.*
 pimus. In hoc gustantur aquæ dulcissi-
 mi fluminis, quod laticat ciuitatem
 Dei, in hoc inuenitur cella vinaria, in
 qua bibitur pretiosum illud caritatis vi-
 nū inebrians oēs cæli habitatores. O a-
 nima mea, si posses semel excurrere in
 verticem huius montis, diceres procul-
 dubio cum Petro, *Domine bonū est nos hic*
esse, & ideo cōmutemus mundū totum,
 omnia bona deliciasq; terrenas, oēs ho-
 nores & fauores mūdānos, cum bono
 summo quo in hoc mōte perfruemur.
 4. CONSIDERA, quomodo Do-
 mini vultus cum in hoc monte inter
 medios discipulos oraret, subito solis
 instar refulserit, vestimenta autem ni-
 ue candidiora apparuerint: non quod
 vultus Saluatoris non iam longè ante
 splendidior sole fuerit, aut vestes eius
 niue candidiores, sed quia nihil in hoc
 mundo videmus oculis nostris, quod
 maiorem his creaturis aut candorem *Daniel. 12.*
 aut splendorem habeat. Nam si sancti, *1. Cor. 15.*
 yti scriptum est, qui comparantur stel- *Matt. 13.*
 lis, splendebūt instar solis in regno cæ-
 lorum: quanto elarior & splendidior e-
 rit hic Sol iustitiæ? Splendor quoq; hic *Exod. 32.*
 Christi longè alius fuit à splendore
 Moy-

Moysis. Nam huius facies tantum exterius resplenduit, propter colloquium in monte cum Deo habitum: sed splendor CHRISTI erat internus ab anima sanctissima profectus, quæ à primo sue creationis momento fuit beata. Unde quod ab illa hora suæ claritatis & puritatis radios non communicavit huic sacro corpori, id diuina dispensatione & speciali miraculo factum est, ut pati posset pro peccatis nostris. Ut considera, quatuor esse animæ beatitudines, & quatuor corporis gloriositates animæ sunt, perfecta Dei cognitio in intellectu, consummata ac perfecta caritas in voluntate, certa securitas in memoria de possidenda in æternâ beatitudine, & ineffabilis voluptas iuncta cum perpetuo cordis gaudio. Has omnes dotes semper anima sanctissima CHRISTI actu habuit. Sunt deinde aliæ quatuor dotes corporis gloriosissime, nempe, Impassibilitas, Subtilitas, Agilitas, & Claritas, quibus Dominus non semper, sed quâdo illi placuit, usus est. Nam impassibilitatem declarauit in extrema cæna, quâdo sub specie panis & vini seipsum Apostolis tradidit in cibum, sine vlla corporis sui iactura vel diuisione. Subtilitatem ostendit nascendo

do ex sanctissima Virgine, saluo Virginitatis sigillo. Agilitatem demonstravit ambulando super aquas. Claritatem denique declaravit in hac sua gloriosa transfiguratione. Iam potes tu perpendere, quantus simplicium illorum discipulorum mentes stupor inuaserit, quanto gaudio corda eorum completa fuerint, quando viderunt Magistrum suum in eum modum transfiguratum: hæc enim lux ita splendida & fulgens, non creabat eorum oculis infirmis molestiam aliquam, sed potius admirabilem afferbat voluptatem & robur. Etenim facies CHRISTI, non solum luce collustrata, sed diuina etiam & supernaturali pulchritudine ornata fuit, ac tanta quidem, vt si omnis creaturarum pulchritudo & venustas collecta fuisset, non potuerint hæc speciem CHRISTI exæquare. Quare mirum non fuit Petrum incredibili letitia exultantem, resque omnes humanas & terrenas fastidientem, ac ineffabili quodam mentis excessu rerum æternarum desiderio raptum, fuisse quasi extra se, vt ignoraret, vbinam esset, & quid loqueretur. Quo loco expendenda quanta bonitas caritasque fuerit Saluatoris nostri, qui cum per omne vitæ

sua

sux tempus potuisset tanta resurgere gloria, tamen amore nostri ea priuare se voluit, retractis cælestis influxus radijs, vt sacro suo corpore excipere posset cruciatus, dolores, ipsamq; mortem acerbissimam pro peccatis nostris.

5. **CONSIDERA** non tantū Christi gloriam, sed etiam Moyfis & Eliæ præsentiam oculis discipulorū ingentem attulisse voluptatem & consolationem, qui in Maiestate vna cum Christo apparebant. Nam sicut fas non erat quenquam abiectè vestitum in conspectu regis Assueri apparere; sic congruens non erat, vt in præsentia Regis æterni hi eius serui apparerent, nisi in habitu admodum splendido & sublimi. Erant hi duo sancti ob illustria sua facta, & eximia miracula inter reliquos veteris testamenti Patres auctoritatis maximæ, è quibus Moyfes fuerat autor Legis, Elias verò eiusdem magnus defensor & zelator. Valde autem conueniens erat, vt Saluatoris humanitas ab vtroque, hoc est, à legibus & Prophetis testimonium acciperet, intelligereturq; illum neutri, vt calumniabantur Iudæi, fuisse contrarium. Iam verò quis verbis exponat horum

Esth. 2.

san-

sanctorum Prophetarum lætitiā & consolationem: proprijs oculis spectantium Dominum non modo in carne præsentem, sed etiã tanta maiestate refulgentem, quem tanto tempore expectarant, tantoque affectu desiderarant. Si sanctus senex Simeon, quod tantum meruisset videre Salvatorem adhuc infantulum fascijs inuolutum, tam lætus & libens cucurrit ad mortem, quanto maiori gaudio exultare debuerunt hi duo Patres, videntes eundem Dominum non iam puerulum humanis ærumnis subiectum, sed in maiestate sua gloriosum & resplendentem? Considera hic anima mea ex vna parte, quam celebris & solemnis fuerit hic actus, in quo inuenitur, quicquid erat eximium & excellens tam in veteri, quam in nouo testamento, & pariter in cælo & in terra: nam ex veteri testamento fuerunt Prophetarũ Principes, ex nouo vero præcipui Apostoli: è cælo adfuit beatissima Trinitas, è terra sacratissima CHRISTI humanitas. Ex alia parte cogita quam iucunda & læta fuerint inter tã nobiles & diuinas personas instituta colloquia. Euangelium commemorat, quod loquebantur de excessu quem completurus erat in Hierusalem, hoc,

Luc. 2.



hoc est, de passione, de cruce, de morte
 de opprobrijs & flagellis à Domino
 vrbe Hierosolymitana tolerandis. Hic
 erat huius læti colloquij materia
 luit enim Dominus tantæ suæ gloriæ
 & lætitiæ, misceri mœsta quædam
 lugubria. Heu Domine mihi totos tri-
 ta tres annos quibus in hoc sæculo
 xisti nullam horam quietis vel re-
 rij habuisti, nisi hanc vnam, & tunc
 illis vis interuenire Moysen & Hel-
 vt tibi de acerbissima morte tua
 sione loquantur. O quam vere
 ta te appellauit virum dolorum,
 tota vita tua non fuit aliud quam
 petuus dolor & cruciatus: quare
 tæ dixit Euangelista eos locutos
 cessu, nam ob amoris tui nimium
 cessum, & desiderium ardens passus
 pro nobis, videris nolle de alia re
 quium apud te institui, nisi de pas-
 ne. Quod illis quoque verbis alibi
 clarasti. *Baptismo habeo baptizari, et
 modo coarctor vsque dum perficiatur.*
 verò aliud perpeffus es in sacra-
 sione, nisi totidem excessus ex im-
 so amore tuo profectos? poterat
 vel vno gemitu mille mundos re-
 re; tu autem vel ad vnum redime-
 mille edere gemitus, atq; etiam

Esai. 55.

Luc. 12.

Propria
 ad salutem
 tulam à
 leuiore
 copioso
 si pro
 venis fu
 miniofi
 go hoc
 mino g
 Prophet
 test esse
 gatur d
 quam si
 ergo M
 culis ex
 quid iu
 dere po
 de mort
 neficio
 lestis?
 6. CO
 bonus
 quio al
 rum rer
 & mor
 perpetu
 S T O
 fruendi
 ter, Don

Propriam dare paratus fuisti. Satis erat
 ad salutem mundi vnā sanguinis gut-
 tulam à te effundi, vel obiri mortem
 leuiorem & honoratiorem, sed tu, vt
 copiosa esset nostra redemptio, volui-
 sti profundere quicquid sanguinis in-
 venis fuit, & morte acerbissima igno-
 miniosissimaque occumbere. Erat er-
 go hoc colloquium non solum Do-
 mino gratum, sed etiam sanctis istis
 Prophetis iucundum: quæ enim res po-
 test esse gratior mancipio, quam si a-
 gatur de eius redemptione? & exuli,
 quam si de reditu eius in patriam? cum
 ergo Moyfes & Elias tot retro actis sæ-
 culis exules fuerint à cælesti patria,
 quid iucundius, vel gratius illis acci-
 dere potuit, quàm audire sermonem
 de morte summi Sacerdotis, cuius be-
 neficio illis patefieret porta regni cæ-
 lestis?

6. CONSIDERA, quomodo nunc
 bonus Petrus, suaussimo hoc collo-
 quio allectus, oblitus omnium alia-
 rum rerum, & cibi, & potus, & vitæ,
 & mortis, imò sui ipsius, & cupidus
 perpetuo ibi remanendi cum CHRIS-
 T O, eiusque gloriosa presentia
 fruendi, dixerit, nesciens quid dice-
 ret, *Domine, bonum est hic nos esse, Facia-*
 mus



mus hic tria tabernacula, tibi vno Debuera
 Moyse vnum, & Elia vnum. Vide ouium si
 intempestiua hæc fuerit respon tem pass
 Moyse & Elias loquebantur de diis suis,
 & passione, & Petrus loquitur de CHR
 etc & gaudio. Prophetæ illi aie nostris e
 necessarium esse vt CHR ISTI poris ben
 iret Hierosolymam ad perficiend rum nihil
 nostram redemptionem, Petrus modo lo
 tem asserit bonum esse in hoc primum
 persistere. O bone Petre quid dactium del
 vides tantam hominum multum rerum te
 nem dispersam quare redemptulam ta
 nem, & tu vis eam hac ratione nus Petru
 pedire? vides mundum tenebris huius m
 tum, & tu vis lucem illi subtrahere bone IE
 visne gaudere de præmio & pæda non corp
 te conflictum? an postulas carna tua
 antequam CHR ISTVS in quod amp
 moriatur, & antequam tu patiam fecisses
 ipso? cum tamen non pateat audire cumulum
 regnum cælorum, nisi per multas condisti
 bulationes. Quare magnus hic diligentib
 Petri error, sed ex nimio amore, & Petrus
 siderio errabat, & ideo dignus non esse.
 apparebat. Non erat quidem mor. CON
 eius desiderium, sed non erat or Petro illa
 tum, quia ante crucem expetebat quadam fu
 riam, ante pugnam coronam, ante liud desig
 mentem volebat colligere fructum in Maic

Debuerat prius Petrus à CHRISTO
 ouium suarum fieri pastor. Bonus au-
 tem pastor, non debet studere commo-
 dis suis, sed ouium suarum, sicut etiam
 CHRISTVS dum vixit in terra, vt
 nostris commodis studeret se sui cor-
 poris benedicti gloria spoliavit. Cate-
 rum nihil mirum fuit, Petrum in hoc
 modo loquendi errasse: nam quam-
 primum homo aliquid de rerum cæle-
 stium delitijs delibauit, mox omnium
 rerum terrenarum obliuiscitur. Gut-
 tulam tantum harum deliciarum bo-
 nus Petrus degustarat, & mox omnes
 huius mundi voluptates fastidiuit. O
 bone IESV, quid ergo dixisset, si ei
 non corporis tantum sed etiam ani-
 mæ tuæ gloriam illi ostendisses. Et
 quod amplius est, quid egisset, si illi pa-
 refecisses ingentem illum deliciarum
 cumulum tuæ diuinitatis? quem ab-
 condisti timentibus te, & præparasti
 diligentibus te? tunc enim iustus lon-
 ge Petrus dicere potuisset, *Bonum est nos*
is esse.

psal. 30.

CONSIDERA, pronunciante
 petro illa verba subito fulgida nube
 quadam fuisse obumbratos? quæ non
 aliud designauit quam præsentiam di-
 uinæ Maiestatis: nam & in veteri testa-
 men-



Psal. 96.

mento in forma nubis gloria Dei appere solebat, uti & scriptum est, *Et caligo in circuitu eius.* Ex hac nube tur prodijt diuina vox, *Hic est filius dilectus,* non iam per adoptionem, sed filij mei electi, sed proprius per generationem, non aliunde creatus, sed meipso generatus, mihi æqualis in sentia & Deitate; nec solum est meus, sed filius vnicus & dilectus supra omnes alios amatus. Verum pater benignissime, si tantopere te tuum diligis, quomodo ferre poteris eum tam malè tractari, & tam ignominiose necari? certè videris plus curasse seruum tuum rebellem & contumacem, quàm proprium tuum filium. scriptum enim est. *Sic Deus dilectus, ut filium suum vnigenitum dedit, sicut anima mea Domine in conuersione sublimis illius consilij pro nostra salute instituti, quoniam mens nostra illud comprehendere non potest, neque lingua aliud expressit, quàm illud, quoniam sic placitum fuit.* Itaque sequitur, *In quo non contempsit me, nam solus ille mihi singulariter gratus fuit, & supra omnes placere possit, nisi per ipsum, in quo*

Ioan. 2.

Ioan. 3.

Matth. 11.

Ioan. 14.

fui m
salute
pluris
in illu
te: i
qui i
viam
potest
atern
tiquu
impos
bria: i
storq;
est, D
quoqu
ipse M
& de
tibi Do
vide qu
sterio
ruecit.
clarata
in carn
in form
qui vn
desideri
guit, &
lit. Verè
rigat rou
& ambre

sui meum beneplacitum de hominum
 salute. Quare *ipsum audite*, solum ipsum
 pluris facite quam Moysen & Eliam,
 in illum solum credite, illi soli obedi-
 te: ille enim est vera via, veritas & vita,
 qui solus potest vobis demonstrare
 viam ad caelum, & per crucem suam
 potest aperire vobis portam ad vitam *Ioan. 14.*
 aeternam. Solum illum audite, non an-
 tiquum illum serpentem, non mundi *Gen. 13.*
 impostoris vocem, non carnis ludi-
 bria: ille enim est verus Salomon, do-
 ctorq; sapientissimus, de quo scriptum
 est. *Dedit vobis Doctorem iustitiae.* Est *Ioel. 2.*
 quoque magnus ille Propheta, de quo
 ipse Moyses dixit. *Propheta de gente tua, Deut. 18.*
 & *de fratribus tuis sicut me.* suscitabit
 tibi Dominus, ipsum audite. Iam vero
 vide quomodo in hoc admirando my-
 sterio tota Sanctissima Trinitas appa-
 ruerit. Nam persona Patris aeterni de-
 clarata est in voce: persona vero filij
 in carne: Persona autem Spiritus sancti
 in forma splendidae nubis: ille enim est,
 qui umbræ suae refrigerio, carnalium
 desideriorum aestum in nobis restin-
 guit, & à terrenis ad caelestia nos attol-
 lit. Verè nubes, quæ continenter nos ir-
 rigat rore diuinarum consolationum,
 & imbri donorum & charismatum cae-
 lestium.

lestium. Hæc diuina vox, non iam fu-
terribilis & formidanda, velut olim
la qua Deus cū fulguribus & tonitru-
i in mōte Sinai legem tradidit, ea
perterrefacti filij Israël dixerunt. *Non*

Exod. 19.

20.

quatur nobis Dominus, ne forte moriamur.
Sed fuit suauis, & amabilis. Nihilom-
nus discipuli ex nimio timore contrem-
runt in terram velut mortui. Quid erit
erit in illa die, quando sonabit tuba
horribilis, & Christus acclamabit de-

Matth. 25.

natis. Ite maledicti in ignem æternum
si tanto terrore Deus homines contrem-
sit, quando leni sermone hortabatur
eos ad præstandam legem: quid faciet
quando exiget à nobis rationem de
ge tam male obseruata & contem-
pta. Verum bonus Iesus magna benigni-
te tangendo discipulos suos omnimodis
re solutos exurgere iussit. Vt verò
xerūt, nec Moysen, nec Eliam am-
viderunt, sed solum Iesum, vt intel-
rent, in ipso legem & Prophetas ter-
nari, Patremq; de illo solo locutum
riq; mundo imperasse, vt eum autem
misit enim cum in Magistrum & Do-
rem, qui scientiam salutis, & remedia
nis peccatorum consequendæ tradidit
omnibus gentibus.

Luc. 1.

8. NVNC ò anima mea, quis digne

erit asc
stabit i
licem,
chrym
oberi
beata p
rè eum
topere
& velut
videtur
beati in
& simi
monte
qui dig
monti
lissimi,
bitatio
meum
tum ian
nos du
tua soc
humili
pus ref
claritat
ma me
rum tab
Deus m
ciam tu
in domo
dabit te

et ascendere in montem Domini, vel
 stabit in loco sancto eius? Heu te infæ-
 licem, quæ semper, quamdiu in hac la-
 chrymarū valle degis, eris peregrina, &
 oberrabis velut extorris & exul à tua
 beata patria: neq; fas tibi esse potest cla-
 rē eum videre & contemplari, quē tan-
 to opere amas & desideras, nisi per fidem
 & velut in speculo, Nam clara visio, qua
 videtur DEVS sicuti est, & sicut vident
 beati in cælo, transformati in imaginē
 & similitudinem ipsius, reseruatur in
 montem illum gloriosum. Beati igitur
 qui digni erunt ascensu huius felicis
 montis, montis verē Dei, montis ferti-
 lissimi, in quo libuit Domino suam ha-
 bitationem figere. O infinitum bonum
 meum, quando tandem post præpara-
 tum iam locum, redibis ad nos, vt tecū
 nos ducas, vt vbi tu es, ibi nos quoq; in
 tua societate aliquando simus, quando
 humilitatis & mortalitatis nostræ cor-
 pus reformabis, configurando corpori
 claritatis tuæ? concupiscit & deficit ani-
 ma mea præ desiderio cœlestium illo-
 rum tabernaculorum. Quando veniam
 Deus meus, & quando ante diuinam fa-
 ciam tuam apparebo? *Beati qui habitant
 in domo tua Domine; in secula seculorum lau-
 dabunt te.*

Psa. 67.

Phil. 3.

Psal. 83.

Psal. 4.

Psal. 83.

ORABIS CHRISTVM IESVM
dulcem animæ afflictæ consolati-
onem, & suave refrigerium omnium,
amorem sui sunt afflictæ, vt dignetur &
ibi largiri gratiam contemnendi & con-
spuendi omnes quæ extra ipsum sunt
voluptates, oculisque tuis aliquando
contemplandi, quod nunc per fidem credis
bonum illud summum quod nunc speras,
& adhuc in terra degens, & longè
quo salutas manibus tangendi, & car-
niæ tuæ brachijs amplectendi, ita, vt
gratiã suam particeps. lactus clarissimi
corporis gloriosi, & totus in eum ardenti
caritate transformatus, possis semper
esse cum ipso, & cum eo pace frui
perpetua.

DOCUMENTA.

1. **C**HRIſTUS demonstraturus
discipulis suam gloriam, eos de dextera
cum excelsum, & separatim; vt intelligeremus,
si nos quoque illius participes esse
debere nos ab hominum mundanorum
& seculi tumultibus secedere, & conferre
nos ad culmen perfectæ vitæ: nam qui amorem
habent in terram depressum, suasque voluptates
quæ erant in hoc mundo, non cogitent
visione diuinæ gloriæ, minus autem diuinæ
in conspectu futururos.

2. CHRISTVS inter orandum transfiguratus est in mōte. Vnde discimus si velimus in nobis aboleri malam figuram, quam effecit peccatum, & transfigurari vna cum Christo, debere nos addictos esse sancto exercitio orandi: quandoquidem sicut proprius conuersationis mundanæ effectus est denigrare animam, sicut Propheta de Babylonijs, qui erant typus peccatoris, loquitur. Facies combustæ vultus eorum, sic cōuersationis diuinæ proprius effectus est dealbare animam in actionib. tam internis, quam externis, vti significauit Propheta in illis verbis: Accedite ad eum, & illuminamini, sicut accidit quoq; Moysi, cuius facies, post sermonem cum Deo habitum, mire resplenduit.

Esai. 13.

Psal. 33.

3. Tres tantum discipuli mēruerunt videre CHRISTI transfigurationem: vt intelligamus, paucos esse qui peculiaribus quibusdam donis ornentur à Domino. Cuius causa est, quia pauci sunt qui omnino mundo & sibiipsis renuntiant, & Christum in sectanda vita perfecta sequantur.

4. CHRISTVS in presentia paucorum declarare voluit suam gloriam, nempe, tribus tantum discipulis, quibus etiam mandauit, ne cuiquā, donec ipse viueret, patefacerent hanc visioem: ad informandos nos, vt optemus, quoad fieri potest ea que concitant nobis honorem & gloriam apud homines, manere occultam.

ta & ignota: nec ea manifestemus, nisi par-
quādo postulabit necessitas, multi enim, qui
facile dona sua à Deo accepta alijs publicā
illis exciderunt: nam qui inquit S. Gregorius
thesaurum portat in publico, exponit se perni-
lo, ne priuetur illo.

Ecc. II.

5. **CHRISTVS** existens in gloria, voluit
illos Prophetas secū colloqui de sua passione
dandum exemplum eius quod multo ante
xerat Sapiens, In die bonorum, ne in
morsis malorum. Et sic necessarium est
inter vite huius voluptates & consolatio-
miscemus semper aliquam amaritudinem
excitemur, reuocando nimirum, in mem-
mortem, quamq; rationem aliquando red-
si simus Deo, de occasionibus quas ad
uandos præbet. Deinde vt parati simus ad
ferendas aduersitates, si quas Dominus
immittere vellet.

6. **PETRVS** videns **CHRISTVS**
gloriosum, dixit, Domine bonum est
hic esse tecum, sed postea tempore post-
um captum deseruit & aufugit. O quos
inueniuntur, qui amore proprio pleni
Christum sequuntur, & colunt, dum pro-
omnia succedunt, & solatia affluunt, sed
primum afflictio aliqua aliunde ingruit,
nox derelinquunt.

7. Euangelium refert Petrum igno-
quid diceres. Si hic Apostolus ab consolatio-

ex gloria Christi perceptam, nesciebat quid lo-
 queretur, quanto verius dici poterit de nobis,
 cum huius vite illecebris, & rerum creatarū
 solatijs affixi sumus, nos ignorare quid dica-
 mus vel agamus? nam inhiando falsis illis bo-
 nis, non aliud, quam nobis ipsis exitium & da-
 mnationem utro accersimus, licet minime a-
 nimaduertamus.



DE ENER-
 GVMENO A
 CHRISTO SA-
 NATO.

MEDITATIO VIII.
 EVANGELIVM.

FACTVM est sequenti die, de *Marc. 9.*
 scendentibus illis de monte, & *Matth. 17.*
 veniens IESVS ad discipulos *Luc. 9.*
 suos, vidit turbam magnam circa
 eos. Et confestim omnis populus
 videns IESVM stupefactus est, &
 expauerunt, & occurrentes saluta-
 bant eum, Et cum venisset ad turbā
 interrogavit eos, quid inter vos con-
 I 6 qui.